tra mardocheū. qr ei diuos ho
nores impēdere recuſabat. He
ſter.iij. Nabuchodonoſor ī ira
magna precepit ſapientes ba-
bylonis occidi. qr neſciebant
ſomniū iudicare. Dan.ij. Itez
nabuchodonoſor in ira ⁊ furo
re iuſſit ſibi tres pueros pſen
tari. ⁊ in ignē ardentez mitti.
Dan.iij. Vidēs anthiochus
ꝙ nō poſſet expugnare perſipo
lim iratuſ eſt ira magna. ſcdo
Macha.ix. Iraſcunt mali
cōtra inſtruētes ⁊ conſulētes
recte. Sic poſt ſalubre cōſiliū
helyſei naamā iratus recede-
bat indignans. iiij. Regū.v.
Aſa iratus eſt contra anan p
phetā reprehendentē eū. vt dr
ij. Para.xvi. Ozias rex irat⁹
eſt cōtra ſacerdotes ⁊ minaba
tur eis. qr arguebāt eū ꝙ ado
lebat incenſum. ij. Para.xxvi
Dicente thobia. Videte ne e-
dus furtiuus ſit. vxor ei⁹ ira-
ta eſt. Tho.ij. Principes iuda
irati ſūt cōtra Ieremiā pdicā-
tem veritatem ⁊ incarcerauē-
rūt eum. Ier.xxxvij. Reſpon-
dente chriſto de veritate illis
de nazareth. repleti ſunt oīs
de ſynagoga ira. Luce iiij
Iraſcūtur vidētes ⁊ credētes
ſe decipi vel illudi. Sic irati
ſunt viri de effraym. qr ſepa-
uit eis Amaſias ab exercitu
ſuo. vt dr. ij. Para.xxv. Ionaſ
credens ſe decipi. qr niniue
nō eſt ſubuerſa deſiccata ede-
ra iratus eſt. Ione.iiij. Iratus
eſt Herodes illuſus a magis
Matthei.ij.

Capitulū. 71.

De occultis dei iudicijs
Iudicium dei occultū eſt
Bonū elicere de idecentib⁹
Penas adijcere ſe diligen
tibus
Magna ſubijcere dire re-
gentibus
Poſſe deficere ſtare creden
tibus
Rebñdicere iā penitentib⁹.
Nil poteſt dicere quis de
latentibus

Iudicio dei
occulto fit vt aliquādo
fiāt aliq̄ q̄ vidē nobis male-
facta. vt tñ aliqd bonū eliciat
qr tūc poterit nobis fieri mani
feſtū. Nā ſciebat deus homi
nē peccaturū. ⁊ tñ fact⁹ ē ab eo
peccabilis cū potuiſſz ipecca-
bilis fieri. ſz ꝓpt̄ bonū occaſi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

one illius culpe ſeq̄retur.ſ. incarnatio filij dei.nō de incarnatōe hoīs.ſʒ de incarnatione filij dei. Gen̄.i.ꝛ.iij. Venditꝰ Joſeph a fratribꝰ ſuis conſecuta ē liberatio egipti ꝛ circūſtātiū regionū Ge.xli. Expulſauit moyſes de egipto.ꝛ poſtea dei habuit viſiōes. ꝛ fuit p̄nceps populi. Exo.ij.ꝛ.iij.ꝛ ſequentibus Judicio dei occulto ꝑmittit deꝰ aliqn̄ iuſtos flagellari in mūdo. vt ſi q̄d habuerint rubiginis flagelli ꝑcuſſione purgētur. Nā anteq̄ filij iſrael educerētur de egipto lōgo tempore affligi ꝛ flagellari permiſit. Exo.xij. Thobias poſt pia miſericordie opera ī q̄bus erat ſolicitꝰ lumine ē priuatꝰ. Tho.ij. Mirabāl ꝛ ſcādaliſabātur amici iob iuſti vidētes eum talr̄ flagellari. Job.ij. Prophanatū ē ꝑ āthiochū venerabile templū dei.ꝛ dei fideles ꝑpl's interfectꝰ.ij. Macha.ix. Tpe anthiochi multi boni hoīes interfecti sūt.ex quo deus eliciuit maioꝝ punitiōem ꝛ quoꝝundā correptōem.ꝛ mltorū occiſoꝝ merita fuerunt deo multipliciter augmentata.ij. Macha.vi.ꝛ.vij. Judas ꝛ Jonathas ꝛ ſymon fratres fideliſſimi fuer̄t mirabiliter mertui.i. Mach.xij.ꝛ.xiij Eleaſarꝰ vir bonus ꝛ ſenex ꝛ illi ſeptē fratres fuerūt ꝑ lege dei terribiliter cruciati.ij. Macha.vi.ꝛ.vij. Maria puriſſima virgo ꝛ ſanctiſſima regina celi cuʒ ioſeph ꝛ puero ſaluatore dati ſūt fugere in egiptū ꝓpter timorē herodis. Mat.ij. Occiſi ſunt innocētes ab herode. ſʒ nunq̄ tm̄ ꝓfuiſſet obſeq̄o q̄tum ꝓfuit odio. Mat.ij Johannes baptiſta ſāctitatis exemplū fuit ab herode nequiſſimo decollatꝰ. Mat.xiiij. Mar.vi. Johānes īnocēs ī paſſiōe ſua paſſꝰ ē ab iniquis diuerſa genera tormētorum. Actuū per totū. Paulus fuit multipliciter icarceratus ꝛ ceſus.vt a predicatiōe ceſſarat. Actuum.xvi. Et tamen hoc factum eſt voluntate diuina vt inde multas vtilitates efficeret. Nam meritū Pauli excreuit. exempla virtutū reliquit.ꝛ melius docuit per opera q̄ docuiſſet per verba. Nec ſanctus Paulꝰ tantum profuit predicando quātum ipe profuit epiſtolas trāſmittendo.vt habet̄ Actuū.ix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulum. 71.

Judicio dei fit vt mali indu/
rentur in malo. ꝛ exaltentur i
mundo ad maiorem eorum cō
fusionez ad penā presentialis
vel future. Sic indurari pro/
misit cor pharaonis. ꝛ eum su
per populum exaltari. vt mira
bilem vindictā ostenderet pa/
tenter in mari contra euz. Ex/
od. xiiij. ꝛ. xv. Multa regna ꝑ
misit deus ab Holoferne va/
stāri vt per manū femine dei j
ceret eum. Judith. xiij. Satis
pmisit deus prosperari Hero/
dez qui decollauit iohannem
ad petitōem meretricis ꝛ salta
tricis puelle. Nec legimus i
canone de aliquo illoꝝ deum
in presenti vltionem fecisse. ſʒ
reseruauit eos ad futura ꝛ grā
uia tormenta. Mar. vi Mat.
xiiij. De hac materia q̄re plu/
ra de pſperitate mundana ca.
cxi. Judicio dei fit aliqn̄ oc
culto. vt boni aliqn̄ in diuer/
sa peccata labātar. vt q̄ se exi/
stimat stare videat ne cadat.
vt nullus pro statu quam ha
bet vel bonū quod facit debet
alta sapere. sed timere. Nam
Gedeon post mirabilē victori
am dei virtute obtēta fecit e/
phod. qd factum est et eius
domui i ruinā. Jud. viij. Mo/
yses q̄ totiens populū recon/
ciliauit peccātē. ipē ad aquas
contradictōnis peccauit. Nu
me. xx. Sampson d̄ sterili mi
raculose angelo nunciante cō
ceptus fuit pluries per muli
erem deceptus. Judicum. xvi
Saul non erat in populo me
lior qn̄ fuit electus. q̄ fact' pes
simus fuit a dn̄o reprobatus
i. Regū. xv. Inter alia mala q̄
Saul fecit qd satis videtur
mirabile sanctū Samuelez a
phitonissa femina suscitari. i.
Regū. xxviij. Aug' tn̄ di. i li/
bro de doctrīa christiana. ꝙ
fuit imago samuelis. non ipē
samuel. nec eius aīa ꝛ tal' ima
go fuit arte sacrilega demonū
presētata. Dauid sanctissim'
et salomon sapientissim' spe/
cialiter a domino commenda
ti. ij. Regū. vij. Ambo tam̄ in
peccata grauissima corruerūt.
Dauid. ij. Regū. xi. Salomō
iij. Regū. xi. Jeroboam q̄ fuit
a dn̄o super decem tribus cō
stitutus populū ad idolatriaz
concitauit. iij. Regum. xij. Je
hu rex israhel q̄ magno zelo ꝑ
secutus Baal ab idolatria Je
roboam non recessit. iiij. Re. x.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joſias rex iuda ſanctiſſimam
vitam duxit. qui poſtea cōtra
voluntatē dei cū rege egypti
pugnauit ⁊ bellum perdidit. ij
Para. xxxv. Petrus apoſtolo
rum princeps ⁊ caput eccleſie
ter dnm nō cognouiſſe aſſeru
it. Mat. xxvi. Thomas qui cō
fidenter dixerat. eamus ⁊ mo/
riamur cum illo in reſurrectō
ne dubitauit. Johānis. xx Ex
iſtis duobus exemplis ſcru/
tum eſt ꝙ petrus fuerit miti/
or cōtra peccatores. ⁊ ꝙ nullus
debet de ſua firmitate confi/
dere, ⁊ ſiue cadat ſiue dubitat
de dei oīpotētis miſericordia
nunꝗ̄ deſperet. Judas apoſto
lus dn̄i ⁊ diſpenſator collegij
in ſcelus xp̄i proditōnis inci
dit. Mat. xxvi. Judicio dei
fit aliquando vt pctōres puni
ant in pn̄ti. vt magnificet ide
deus. Jdeo de quibuſdaz dn̄i
ſnīa fuit vt īdurentur corda e
orū ⁊ caderēt ⁊ perirent. Joh. ix
Hoc ipō ꝙ filij iſrl̄ manſerūt
xl. ānis ī deſerto ꝑpter pecca/
ta ſua amplius magnificatꝰ
eſt dn̄s. q̄ tanto tp̄e eoſdez in
ſolitudie pauit. ⁊ tn̄ in ꝓmiſſi
onis terrā nō ītroduxit. Nūe
ri. xviij. ⁊ Deute. i. Iratꝰ filijs
iſrahel dn̄s ꝑpter pctā eoꝝ di
xit. Nō adijciā vt vltra vos
liberem. Jud. ij. Filij beniamī
ꝑpter ſcelus vxoris leuite ſic
grauiter ſunt puniti vt pauci
remanſerūt. Jud. xx. Dimiſit
dn̄s arcā capi ab icircūciſis.
vbi multa miracula fecit. ex
quo magnificatꝰ eſt dn̄s. i. re
gū. iiij. Terribile fuit vt duos
q̄nquagenarios principes fe/
cit helyas ab igne ibi deuora
ri. vt appareret dei magna po
tentia. ad cuiꝰ nutū obediunt
vniuerſa. iiij Regū. i. Occidit
leo virū dei. ſʒ de carne nō co
medit. iij regū. xiij Diuina iuſti
cia punit ꝑ iterdū malos hoīes
per petores. Sicut filij iſrael
puniti ſunt per chaldeos. Iſa
ye. xiij. Judicio dei occulto
dat ipſe ſuper pctōres ſnīaz pe
ne ⁊ poſtea placatus pnīa par
cit eis. Nā cū eſſet achab ſce/
leratiſſimus. ⁊ audiret penā ꝓ
crīmibus exigendā cepit hūi/
liari exterius. ⁊ dn̄s penam i/
fligere prolongauit iij. Regū
xxi. Ezechie dedit dn̄s ſnīaz
ꝙ mori debebat. ſed cum oraſ/
ſet cum lacrimis deus ſentē/
tiam reuocauit. iiij. Regū. xx
Manaſſes terribilia facinora

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perpetrauit ⁊ ad dn̄m conuer
ſus fuit a dn̄o eſt exauditus.
ij. Para. xxxiij. Niniuen ſub
uerti debebat. ſed ꝓpter penitē
tiam euaſit ſubuerſionis peri
culū. Ione. iij Iudicio dei oc
culto ſiūt aliqua quoꝝ deꝰ ſo
lus inueſtigator eſt. De q̄bus
nullus hō balbutiendo loqui
poteſt. q̄ ſūt ſolo ſuo ſecreto cō
ſilio relinquēda. Sic moritu-
rus Dauid fecit ordinatōez ſa
tis mirabilē. Sed q̄ꝛ ſcriptu-
ra cōmendat eū nō debet re-
quiri vlterius. iij. Reg. ij. Qui
dam ſcriba obtulit ſe ad ſequē
dum dn̄m. ⁊ nō fuit admiſſus
Aliū vero incitauit qui nō vi
debatur volūtarius ad ſequen
dū dicēs. Dimitte me ſepelire
mortuū. Mat. viij. Lu. ix. Fe-
cit dn̄s virtutē in Corozaim
⁊ bethſaida vbi parū profecit.
⁊ nō in tyro ⁊ ſydone vbi plu-
rimū profuiſſet. Luce. x.

Capitulũ. 77.

De iudicijs hominū rectꝫ.
Iudex vt recte iudicet debet
perq̄rere cauſe decentiam
Senſus exq̄rere ſufficiētiā
Rectum perquirere dando
ententiam.

Iudex vt re
cte iudicet debet tā̄n
prius diligenter inueſtigare ⁊
examinare vt recte cognoſcat
quam ſententiā ferre debeat. Iō
dr. Cauſam quā neſciebā dili
genter inueſtigabā. vt dicitur
Job. xxix. Deus cui nil latere
pōt. vt de hoc iudicibus exem
plū demōſtraret. deſcendit vi
dere ciuitatē quā ſuperedifica
uerūt filij Adam anteq̄ eos
puniret de diuiſione linguaꝝ
in babylonia. Gen̄. xi. Nolu-
it dn̄s ſodomitas iudicare an
teq̄ diceret. Deſcendā ⁊ vide-
bo vtrū clamorē qui venit ad
me opere cōpleuerint. Gen̄. xix
Salomon vtiliter ſubtiliter ⁊
diligenter inueſtigauit cauſā
illaꝝ duaꝝ mulierū. ⁊ ſic iuſtū
iudiciū iudicauit. vt patet. iij
Regū. iij. Diligenter ⁊ diſtin
cte examinauit Daniel duos
ſenes de falſo crimine in Su
ſannā. Dan̄. xiij. Noluit feſtꝰ
preſes ſubito paulū iudicare.
ſed dixit. Non eſt conſuetudo
romanis aliquē iudicare ante
q̄ accuſatus fuerit. Preſes hȝ
accuſatores locūq̄ȝ defenden-
di ad obiecta crimina habeat vt